Michael Denis: Codices Manuscripti Bibliothecae Palatinae Vindobonensis Latini Aliarumque Occidentis Linguarum. Vol. I. Pars I.
Wien, 1793 Seite 617
Quelle:
Copyright:

nis: *qui his utitur seruare se debet et custodire.* Extat in edit. *col.* 355.

Fol. 42. *De fuga seculi.* Serius additum: *et esau.* Initium: *Frequens nobis de effugiendo seculo isto sermo* &c. Sub finem legitur: *Si oculus tuus alienam declinet. et lingua* &c. ut in *Mss. Gall.* Editorum. Finis: *et reconciliationis future fidem hauserint. Per dominum. n. j.* In edit. *col.* 417.

Fol. 59. *De iacob et beata uita. lib. I.* Initium: *Necessarius ad disciplinam bonus sermo omnibus* &c. Finis: *summa animi tranquillitate perfusus.* Initium L. II. *Superiori libro de uirtutum preceptis disputauimus* &c. C. IX. nobis *fol.* 78. ad vocem *anaboladium* (מרת. περιβολη. pallium) e *Genes.* c. 49. v. 11. haec in margine notantur: *Anaboladium* (ἀναβαλλω) *est amictorium lineum feminale. quo operiuntur humeri. quod greci et latini syndonem uocant uel pallium.* Depromta sunt haec ex *Isid. Orig.* L. 19. c. 25. ubi tamen *feminarum* pro *feminale* habetur. Rectene? Hic enim *Judae viro* adplicatur. Finis: *quia atroci peremtus est morte.* In edit. *col.* 443.

Fol. 83. p. 2. *De Joseph patriarcha.* Initium: *Sanctorum uita ceteris norma uiuendi est* &c. Finis: *Congregamini audite israel patrem uestrum.* In edit. *col.* 483.

Fol. 102. p. 2. *Tractatus de benedictionibus patriarcharum.* Initium: *Primum omnium quantam discimus parentibus deberi* (edit. referre) *reuerentiam* &c. Ex hoc ipso exordio liquet, quam arcte hoc Opusculum cum praecedenti nectatur, ut adeo *Codices* quidam non inepte illud *Librum II. de Joseph* inscribant. Vide *Admonitionem* praeviam in edit. *col.* 511. Finis: *Ego plantaui Apollo rigauit.*

Fol. 115. *Apoloya dauid.* Initium: *Apologiam prophetę dauid presenti arripuimus stilo scribere* &c. Est Apologia *prior*, et legitur edit. *col.* 675. Finis: *ut christi sibi gratiam mercarentur. Cui est honor* &c.

Fol. 132. p. 2. *De Nabuthe.* Initium: *Nabuthe historia tempore uetus est usu cottidiana* &c. Finis: *etsi primę laqueos pręuaricationis euaserunt.* Deest itaque et hic breuis illa περικοπη, quam in edit. habes *col.* 588.

Fol. 146. p. 2. *De tribus uerbis salemonis.* Sermo est in Tria *Salomoni* difficilia *Prov.* 30. qui incipit: *Mirum est satis dilectissimi Fratres, quod in hoc capitulo* &c. Olim *Ambrosio* tributus, sed jam ab *Erasmo* ob stili diversitatem ei abjudicatus, nunc in edit. *cit.* legitur T. II. *append. col.* 450. Finis: *postea quam abluta est dicit se nichil fecisse.* Atque hic *Ambrosiana* hujus *Cod.* finiunt, quae collatione non indigna fuissent, si Editoribus *Maur.* innotuissent. Adi et *Cod.* seq.

II. *fol.* 151. *Epistola petri baiolardi* (Abaelardi) *contra calumpnias obiectorum capitulorum.* Incipit: *Uniuersis sancte ecclesie filiis. Petrus. ex eis unus sed in*